



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Quadragesimum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

A	Nobilis vir Til- mannus de We- ueling- houen, Vxor N.	Florentius Canonicus Metropol. Colonien- sis obiit 14. Kalend. Martij.	Beatrix Abbatissa S. Cæci- liæ,	Irmgardis Canonica S. Vrsulæ.	Theode- ricus de Weue- lingho- uen, vxor eius Hel- vvigis.
---	---	--	--	-------------------------------------	--

Florentius de Weuelinghouen.

## B Caput Quadragesimum.

*De Hermanno Aduocato à passione ilica curato.*

**H**ERMANNVS Aduocatus Colonienſis, ad eò cruciabatur dolore la-  
teris, vt familia omnis ilicò moriturum exiſtimaret. Intolerabili i-  
gitur cruciatu affectus, ita exclamauit: O Domine Archiepiſcope, ego  
te præ omnibus dilexi, & tu quoque me non medioeriter amaſti: oro  
vt me hoc morbo liberet. Sed cum non ſtatim aſſet remedium, do-  
loris immanitate ſtimulatus, ſubſtomachans ait: En omnes, etiam qui  
te non nouerunt, tu adiuuas: me qui tibi inferuiui, teque ſemper ama-  
ui, negligis. Cumque hæc & id genus alia diceret, filij & famuli eius  
vouerunt ſe cum illo ituros in Giuelsberg, vbi beatus Epiſcopus cæſus  
eſt, ſi illum ſanaret. Vouet illi, & ille obdormit: ruruſq; expergiſcēs: Ni-  
hil, inquit, mali ſentio. Gratias ago Deo, & Epiſcopo ENGELBERTO.

Mira vis  
voti nun-  
cupati.

## Notatio ad Caput Quadragesimum.

**D**HERMANNUM Aduocatum  
in documentis à Philippo  
Archiepiſcopo conſignatis re-  
perio Gerhardi Colonienſis  
Aduocati filium nominari. Ipſe  
fuit de nouæ aquilæ Comitibus,  
quorum proſapiam ex archiuis  
depromptam dabo.

H 2 Caput



Nevvenar.